



Universitätsbibliothek Paderborn

**F. Cornelii Cvrtii Cæsarei Consiliarij et Historiographi
Ordinis Eremitarum S. Avgvstini S. Nicolavs Tolentinvs
alijque aliquot eiusdem Ordinis Beati**

Curtius, Cornelius

Antuerpiæ

18. Piscatoribus propitius est.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37243

tius implorare cœpit. Intrò jam ducetus nosocomii Præfecto schedam Medici ostendit: ille inspicit, legitque (ô stupendum miraculum)

Non admittatur IOANNES puer de cernis, quem nulla febris contagiosa cupat, nullus in altero inguine pestilens carbunculus.

IOANNES FERNANDEZ DE ALVAM

Miratur Præfectus, & oculis suis pueri omnia membra examinat, nullumque reperit morbi vestigium. Remittitur ergo Ioannes; quod patrem ante urbis portam, quae exierant, assequitur, sanusque integer lœtum patrem comitatu-

Corollarium nobis urbs Hispaniae Corduba dabit, non minus lepidum quam admirandum. Id habeo ex ore viri boni, qui oculis suis præsens spectator adstitit & mihi aliisque ex fide testatur est. Piscatores, hominum patientissimum genus, in Baeti fluvio, regioni nomen facit, & Cordubamuros alluit, jactando retia suam noctem perdiderant & bene magnam partem diei ejus, qui Nic-

18.
Piscanti-
bus pro-
pitius est.

LAO nostro sacer est : dumque eo-
rum unus quispiam ex campana-
rum plurium solenni sonitu, quem
Augustiniani edebāt, divinat quod
res erat, sancto NICOLA奥 festam
lucem esse, exscendit , urbem in-
trat, & recta abit ad ædem sacram.
Brevioratione Divum veneratus,
paniculos aliquot à sacrarii præ-
fecto aufert , reditque ad socios
suos. Audi, amabo te, stratagema
piscatoris. Flectit humi genua ,
vultum ad Augustinianum tem-
plum; &, O sancte NICOLAE, inquit,
si piscatus meo animo optatus tuā ope
obtigerit, prædam dimidiatam Fratri-
bus tuis donare spondeo. Dixit, & re-
tibus singulis singula paniculi
frustula alligat : explicat , & in
flumen dimittit ad prædam. Non
multò post attrahit, educitque in-
credibile vim ingentium piscium,
qui sex mulos gravarent. Statim-
que partitione æquâ tres ad Augu-
stiniacos jubet transire , tres iti-
dem sibi sociisque onerat.

Sed penum hunc sacrum clau-
dam, priusquam panis tam multus

E 7 fasti-

110 . TURIA VITA.

fastidio sit, & ad pinacothecam
te bone Lector deducam, et
novam amoenitatem oculis tuis ep-
tas dem, & prodigiosam Imag-
nem objiciam.

S. NICOLAI
TOLENTINI
IMAGO PRODIGIOSA

Quo tempore Eugenius II.
qui NICOLAVM nostrum
sanctorum catalogo inscr-
psit, ad Ecclesiæ Catholiceæ gube-
naculum sedebat, Divi hujus ima-
go in æde Tolentinæ sudoribus
ta perfundi, plurium oculis vix
est. Confluxit ad inusitatum spe-
ctaculum civitas tota: accurriti
ter alios ipsius Eugenii Pontificis
Legatus, & Provinciae Picenæ Ga-
bernator, qui attonitus ad alios
non minus stupentes: Videbatur
autem, subitam aliquam in Dei Ec-
clesiā immutationem. Et postea
statim die advenit non voluptabili
nis nuntius de Romani Pontificis